



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Epistola VII. Ad Virginem quandam Matritensem, quæ, postmodum  
habitum Carmelitæ Discalceatæ induit, vixit que laudabiliter in  
monasterio Arenarum. Respondet tribus ab ea quæsitis, nimirum circa ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

*nec idem etiam dico, nec non ut pro me  
Deum exoretis. Ipse sit tecum in anima,  
Amen. Segobrida 28. Iulij 1589.*

Fr. Ioannes à Cruce.

---

### EPISTOLA VII.

*Ad Virginem quandam Matritensem, qua-  
postmodum habitum Carmelita Discalceata  
induit, vixitque laudabiliter in mona-  
sterio arenarum.*

*Respondet tribus ab ea quæstis, nimirum circa  
peccata deflenda, meditandam Christi Do-  
mini passionem, & gloriam Paradisi.*

**I**ESVS sit semper in anima tua. Eo tem-  
pore tabellarius appulit, quo responde-  
re non poteram dum transiret, imo etiam  
nunc expectat. Donet cibi Deus, ô filia,  
semper tuam gratiam, vt tota in omnibus  
amori & obsequio illius intendas, prout  
teneris: si quidem in hunc solummodo fi-  
nem ab illo creata & redempta es  
multa dicenda forent circa puncta,  
qua à me inquiris, sed temporis, & epi-  
stole angustia id non permittit. Dicam  
tamen alia tria, quibus aliquantum profi-  
cere poteris. Imprimis circa peccata (qua  
Deo ita exosa sunt, vt pro eis eum mori  
necessè fuerit) debes, vt condigne illa de-  
flare, & vitare possis, hominum confor-  
ta, quantum fieri potest, declinare, atque  
illos fugere, & in quauis re agenda, non  
profere plura verba, quam quæ sunt præ-  
cisæ necessaria: nam tametsi perfectus  
quis sit, cōuerfando tamen cum homini-  
bus plus quam necessitas, & ratio requi-  
rit, Oberit illi, simul etiam legem Domini  
exæte, & eum amore te custodire oportet.  
Quod ad Christi Domini passionem  
attinet, studeas corpus tuum rigide, sed  
discrete tractare, nec non odium tui i-

psius, & mortificationem prudenter ex-  
ercere, nec velis in te villa gustum, & vo-  
luntatem propriam lequi: hac siquidem  
illius mortis, & passionis causa fuit: quid-  
quid feceris de consilio Dominæ matris  
efficio. Quoad 3, denique, gloriam vi-  
delicet coelestem, vt ritè eam mediteris,  
& ames, vniuersas mundi dignitias, & vo-  
luptates lutum reputes, vanitatem & fa-  
tigationem, sicuti reuera sunt. Nihil præ-  
terea magni facias, quantumvis magnum  
& pretiosum sit, præter Dei gratiam &  
amicitiam. quandoquidem pretiosiora  
quaque huius vita, si cum æternis illis bo-  
nis, pro quibus à Deo creati sumus, con-  
ferantur, turpia, & amara sunt: quorum  
deformitas, & amaricatio, licet breuis sit,  
& transitoria, permanet nihilominus æ-  
ternaliter in anima, qua illa aestimat, &  
magni facit. Non obliuiscor negotij tui,  
nunc autem expediri nequit; licerat satis  
multum mihi cordi sit. Serio rem Deo  
commendes, & Deiparam Virginem &  
D. Iosephum aduocatos tibi assume. Do-  
minæ Matri plurimam salutem dico, & v-  
na simul orate pro me, vt que etiam amice  
vestræ pro me excharitate orient, curate.  
Deus donet tibi suum spiritum. Segobri-  
da.

Fr. Ioannes à Cruce.

---

### EPISTOLA VIII.

*Ad D. Iohannam de Pedraça Granata.*

*Instruit eam quomodo segerat in ariditatibus  
& derelictionibus.*

**I**ESVS sit in anima tua: cui gratias re-  
fero quod mihi hanc præstiterit gratiam  
vt non obliuiscar pauperum, nec sub um-  
bra recumbam, vt tu dicis. Non parum  
Mmm 3 me